



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Religiosus III. quoad profectionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

RELIGIOSVS III.

Quoad professionem.

RELIGIOSVS professus fornicans tenetur confiteri circumstantiam peccati. cap. 6. num. 11.

Professio facta ab excommunicato valet. cap. 9. num. 3.

Praelati non debent credere religioso iuranti se fictè emisisse professionem: imò malefacient id credentes sine coniecturis. cap. 12. num. 27.

Trident. Statuit circa professos volentes egredi.

Quòd nullus regularis pretendens professionem fuisse nullam, volensque habitum dimittere, vel etiam cum illo sine licentia discedere, audiatur nisi intra quinquennium à die professionis, & tunc non aliter quàm causa cognita coram Superiore, & Ordinario. Quòd si ante habitum dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & nullo priuilegio sua religionis gaudeat. Nullus etiam regularis cuiusvis facultatis vigore transferatur ad latorem ordinem, neque detur cuiusque regulari facultas occultè ferendi habitum sua religionis.

Peccat

Peccat mort. professus, qui eo quod non viget obseruantia religionis, non seruata quæ obligant sub mort. cap. 12. num. 50.

Excusatur tamen ob impletionem eorum, quæ nec sunt votorum essentialia, & iam desuescunt, per priuilegia, vel consuetudinem, vel tolerantiam prælatorum. ibidem. Quando possit egredi ob necessitatem parentum. vide tit. Filius.

RELIGIOSVS IV.

Quoad paupertatem.

RELIGIOSVS peccat mort. prodigens bona habita ante professionem, vel acquisita post eam: & hoc regulariter loquendo. cap. 17. num. 24.

Religiosus cum licentia prælati studens, vel peregrinans; potest dare elemosinam in casu extremæ aut magnæ necessitatis. numer. 105.

Licitè potest gaudere de auctione pretij tritici à suo Abbate ei pro suo victu cõcessi. cap. 20. num. 3.

Religiosus iam moriturus potest declarare suam voluntatem in distribuendis rebus